



Kat. Kocq.
21355

III Mag. St. Dr. P

sim. Turres abundantia meritorum
in ecclesiam et patriam instructae.

PANEG. et VITAE
Polon. Fol.
№ 1229.

TURRES

abundantiâ meritorum
in Ecclesiam & Patriam

INSTRVCTÆ,

multiplici virtutum armaturâ
inviçti GRZYMALII Herois,

MAGNIFICI olim & GENEROSI DOMINI,

D. ADAMI

in SLASY

SLASKI,
POCILLATORIS MIELNICENSIS,

Contra fatales Libitinæ Portas,

MVNITÆ,

ac dum Eidem

magno Amicorum & totius Palatinatûs
Cracoviensis dolore,

*inferia Laureata, in Ecclesia Parochiali Patesnicensi
persolverentur;*

dolenti, & post fata etiam debitæ gratitudinis
consciâ pennâ,

PER

M. CASIMIRUM CEYPLER,
Philosophiæ in Vniuersitate Cracoviensi Doctorem, Matheseos
Professorem, Contubernii Ziziniani Seniore,

DELINEATÆ.

Anno Salutis 1704. Die 30. Iunii.

CRACOVIÆ, TYPIS ACADEMICIS.

42⁹¹ 63

In Stemma Géntilitium
MAGNIFICI olim & GENEROSI DOMIN



Nembroticam turrim lapsam Libitina revolvens,

TURRIBUS his casus est minitata graves.

Ast cernens Illas ævi superâsse senectam,

Ringitur, elusas spes perijisse suas.

Impia Mors vano planctu cur ringeris? Illa

Pegmata sola ruunt, quæ malefacta gravant.

At TURRES istas quia virtus extulit ipsa,

Annorum rabies nulla nocebit Eis.

TURRES

abundantiâ meritorum instructæ,
multiplici armaturâ virtutum

MVNITÆ.

Magnitudinem factorum implere factis,
arduum est.

Sed factorum vastitatem propagare apud Orbem,
& ut æterna sint, efficere,
hoc opus, hic labor.

Munimentum forte est quærendum,

Quod invidia pulset, oblivio quatiat, tempus impugnet,
neq; tamen trinus hic hostis concutiat, aut expugnet.

Sola Virtus ita munit hominum opera;
ut si absit, mortalia, si adsit, immortalia reddantur.

Extra hoc virtutis munimentum, nullus à vetustate tutus;
nemo, cui etiam ab invalido periculum non immineat.

Crudele Popieli facinus,

Nec muri à muribus defendere poterant,
quia illud virtus tutata non est.

Herostrati impietas æternitatem quæsit,
ex templo Ephesinæ Dianæ exusto:

quia tamen à virtute longè remota,
in cineres & fumum cum templo abiit.

Nembrotus in excelsa turri profundam confusionem lucratus est,
non æternitatis gloriam.

Diuturnior fuisset Semiramidis fama,
Si eam à munimento virtutis desumpisset.

At prodigiosa Babiloniæ mania à se extructa,
quia superbiz & libidinis suæ fuere domicilia;
contra balistas invidiosæ vetustatis nihil valuere.

Magnitudo operum Tuorum,
etiam post fata immortalis erit,
Herodum Delicium, Stirpis Tuæ Gemma,

MAGNIFICE olim & GENEROSE DOMINE,

A D A M E

in **S L A S Y**

S L A S K I,
POCILLATOR MIELNICENSIS.

Nempe hæc virtutis munimento,
Gentilitiis Tuis Propugnaculis cinctæ,
quodvis robur & vires avaræ vetustatis propulsant.
Amphabitur in omne ævum decorum Tuorum gloria,
in Turrigeris Tuis Arcibus conservata;
quæ nec obsidionem temporis, nec impetus mortis horrent.
Quippe contra illam, meritorum abundantia instructæ,
contra hos bene munitæ,
dexteritate **GRZYMAŁÆ** Tui ad portam vigilis.

Unus hic tantum est,
sed multorum heroicas dotes complexus,
edocet Orbem Lechicum:

Vnum **GRZYMAŁAM** esse ut omnes, & omnes ut unum
Solutus ad Portam excubat,
quod cunctis insultibus vincendis par videatur.

Cochitis Romani exemplo,
qui dum solus in ponte Sublicio stetit,
Hetruscorum phalanges ceu viribus destitutæ,
stetisse debuerant.

Heros hic invictus,
ad Turrigeræ Arcis postes excubias ita agit;
ut nec Lethæi Latronis insidiæ,
nec oblivionis Parens Libitina,
liberum aditum, veniendo, inveniant.

Quidni ergo meritorum Tuorum abundantia,
tuta & perennis in Turribus maneat?
quam stylo ferreo, quia districto **GLADIO**

Heros

Heros GRZYMALIUS æternitati consignat.

Hæc meritorum in Prædecessoribus Tuis Vbertas,
etsi in herba adhuc, quia primò succrescens conspecta,
& iam vetustis Mazoviæ Ducibus stupori fuerat & amori.
Quidni eandem Patria nostra nunc veneretur,
cùm jam abundè maturuerit?

Crede mihi Lechia,

Sterilitatem nunquam huic meritorum ubertati nocuisse.

Nullum numerâsti sæculum,
quò GRZYMALII Herodes de Repub: non mererentur.

En dictis fidem conciliant,

Confus, Themis, Gradivus.

Ternio hic testium spectatissimus, vidit,
GRZYMALIOS in Curulibus oracula loquentes,
in subselliis decreta ferentes,
sub dio, vitam in trepidis rebus agentes,
semper intrepidè.

Nè vana referam;

Prodit Laureatus Martis Heros,

ILLUSTRIS & GENEROSUS DOMINUS,

V I N C E N T I V S

de S L A S Y

S L A S K I,

Scævola Sarmaticum Illum dicerem;
nisi majus Patriæ beneficium, quàm Scævola præstitisset.

Manum Ille Romanæ saluti donavit,

Hic Se totum Patriæ integritati consecravit.

Ejuravit fidem Regi pactam rebellis Cosacorum turba,
Punicarum artium & sædifragi ingenii plenus turbo.

Astitit seditiosis phalangibus Tartarorum Gens,

vera Proles Tartari,

quia fidem eludens, Patris mendacii morem secuta.

Non caruit Juppiter Sarmaticus,

JOANNES CASIMIRUS,

Rex Poloniae,

ejusmodi fulminibus,
quibus hanc Gigantum prolem sibi infestam tolleret.
Aderat VINCENTIUS inter Heròes alios,
in Campis Berestecensibus hosti oppositos.
Aderat, verè Martium fulmen Scythis tremendum,
quia honoris Regii propugnandi calore ferventissimus.
Ivit dexter in prælium, sed non rediit,
quia redeuntem secum non vidit, imò labantem victoriam.
Puduit nempe VINCENTIVM sine victoria redire,
quam ipso nominis etymo promittebat.
Maluit itaq; corpore sauciato obicem hostilibus armis ponere
ut cadens saltem triumphum pararet VINCENTIVS,
quem irruens dare nequiverat.

Exemplò suò docens Sarmatas:

*Non illos tantùm victores esse, qui fruuntur victoriâ,
sed etiam hos, qui illam comparârunt.*

Ita est;

*Non mirando vincitur, sed dimicando,
imò, sepe cadendo pro aliorum victoria.*

*Non ex Idaliis hortis hac ferta sunt, sed ex Bellona campo,
quæ Heròum tempora vinciunt.*

*Nisi hostes subjecti herbam porrexerint,
Victores non habent, quo coronentur.*

Nec minor abundantia Turribus Tuis accrevit,
ex amplissimis meritis Magni Patris Tui,

MAGNIFICI & GENEROSI DOMINI,

T H O M Æ

de SLASY

S L A S K I,

DAPIFERI CIECHANOVIENSIS.

Aurea virtutum catena, consiliorum Mater,

æqui boniq; arbitra, prudentia,

quantopere animum Ejus exornaverit,

publica Reip. restentur negotia.

Hâc Magistrâ malum Patriæ impendens avertit,
bonum

bonum commune calenti animo promovit,
arcanas fraudes faustiori sanè eventu,
quàm Làócoon Græcas astutias detexit.

Adeò; ut Patriæ Consus ad oracula natus videretur.

Pura hæc Illius mens placuit Majestati,

quæ crism Aristarchorum supergressa,
intaminato fulgere honore debuerat;

nisi splendidiori virtutis decore augeri maluisset,

& sic in Orbis faciem prodire.

Satis nimirum judicavit,

Consciam mentis suæ, & omnium de se arbitria superantis,
reliquisse Prolem;

in qua videret omne id, quod in Patre mirabatur.

Vicit meritorum serie quodvis honoris præmium,

quod cogitamus in summo,

non degener Magni Patris Filius.

T H O M A S

de S L A S Y

S L A S K I,

Frater Tuus Germanus,

Desiderium ævi nostri, & svavissimæ recordationis Objectum.

Species vultûs digna imperio, frontis decor sinè rûga,

mille oris lepores, & generosus cordis vigor,

fecerunt Illum ejusmodi;

qualem Amicorum consortia, Palatinatûs Conventus,

& ardua bellorum molimina exigebant.

In consortiis familiaribus omnium Achates, sine fûco,

in Conventibus publicis Cato, absq; simulatione,

in præliis Achilles sinè periculorum metu.

Testis esto Austria Ipsius dexterrimæ mentis;

quam sensit Odrisia Colluvies ad Viennam,

in suam potiùs, quàm Europæ perniciem effusa.

Dedit protunc masculæ virtutis symbola,

Sub Inviçtissimo Bellatore JOANNE III.

Ivit per calcatas hostium cervices,

quò rubens Thracii sanguinis trames monstrabat iter.

Et quia totius Christianitatis momenta agebantur,

sinè vulnere ex acie descendere noluit.

Gaudebat ictibus in cruento sago Magnus Heros,
avidus non magis hostem, quàm sanguinem fundere :

Ut vel sic THOMAS monstraretur ;

lanceis scrutari viscera pro fide permittens.

Noscetur per longas myriades gloria Martis Viennensis,

verus re & nomine THOMAS,

quia ternis trajectus hastis.

Cujus vulnera telis aperta perorabunt apud posteros,
cordatum pectus, & Heroicas dotes buccinando.

Ad abundantiam meritorum in TURRIBUS Tuis refero

Magnorum Poloniæ Camillorum facinora,

ILLUSTRUM & GENEROSORUM DOMINORUM

STANISLAI & FRANCISCI

S L A S C I O R U M,

Fratrum ex Patruis Tuorum.

Nobilis horum Pilenorum indoles,
amore Patriæ ad sui defensionem acriter animata,

non alium bene merendi campum,

sibi relictum crediderat, nisi Martium.

Infelix illud sæculum, Orbiq; Sarmatico infestum,

quàm felices progenit Heroas!

Vix intonuisti Gradive Polone classicum,

ad comprimendas Bizantinas vires ;

Surrexere protinus GRZYMALÆ Gentis Pignora,

funesta quidem sibi, sed nobis triumphalia,

Tibi gloriosa.

Ad Parkanum STANISLAUS

purpuream strenuè exhalavit animam.

Parentales Illi honores nullos Mars præstitit,

quia præstare nequivit.

Rudis quippe & sinè capite barbaries,

adeo sæviebat in victos ;

ut illis non vitam tantùm auferret, sed & capita,

nè ex iisdem dignosci possent.

Vestigiis Majorum insistens FRANCISCUS

quod dulce & decorum putaverit mori pro Patria,
ostendit ad saxosa Cameneci confraga.

Quippe ibi ausibus dexterrimis incumbens,
quæsitam variis conflictibus,
invenit cadens pulchram per vulnera mortem,

Subscribente Lechiâ,
omnem hostilem ictum, pro Patria,
GRZYMALIOS Herodes & reprimere posse, & recipere.

Adde Fama meritis onustum magnis,
MAGNIFICUM & GENEROSUM DOMINUM

A L B E R T V M

de S L A S Y

S L A S K I,

DAPIFERUM CIECHANOVIENSEM,
togâ Sagoq; clarum.

Illius cor bellicæ virtutis augustale fuisse,
quis non credidisset?

Siquidem pubertatis egressus terminos,
ita se Heroicis aptabat conatibus,
ut in opere belli Decius evasisset.

Agnovit in Illo hunc bellandi ardorem,
STEPHANUS CZARNIECKI,
Palatinus Russiæ, Exercituum Campiductor,
vel ipso nomine Gotthis formidandus.

Lustravit cum Hoc Finnici cubilia Leonis,
& injuriam Aquilæ Sarmaticæ dexter vindicavit.
Recenserem pacis inter oleas transacta Illius merita,
nisi scirem Eundem plus Patriæ profuisse consiliis,
quàm calamus exprimere valeret.

Sufficit id ad encomiorum Ejus fastigium talem Illum fuisse,
quales olim Senatus Populusq; Romanus,
Purpuratorum Patrum numero inferebat.

Loquetur alios Fama immortalis,
quorum facinora longus sæculorum ordo approbavit.

Te ergo pronunc veneror,
Compendium virtutum GRZYMALIE Stirpis,

MAGNIFICE olim & GENEROSE DOMINE,

A D A M E

in SLASY

S L A S K I,
POCILLATOR MIELNICENSIS.

Alii oracula locuti, ceu Catonés,
Alii pugnârunt dextrè prout Hectores,
Tu utrumq; complexus, semper mihi videbaris,
Consiliorum Tripas, & dextra Martis Sarmatici,
Juventam Tuam bonâ Minervâ exercitam,
Auroram cuncti dixere,
quæ accensura esset clarum in Patria meritum diem.

Nec vano præfagio:

Talem Te nimirum agnovère, qualem pollicebantur.

A literarum ludo ad hastiludium Te convertisti,
ex arena Palladis descendens in Bellonæ aciem.

Pleriq; in opere militari primò ferventes, mox tepidi;
Tu semel amore Patriæ accensus, semper calentissimus,
ibas, quòcunq; Mars Sarmaticus armorum vim circumtulit.

Triumphârunt Poloni ad Viennam,
numerârunt laurus ad Parkanum,
collegerunt palmas ad Strigonium,
etiam Te vincente & trophæorum particeps.

Quippe ut individuus eras belli socius,
sic triumphus compos.

Habebit Fama altâ mente repositum lustrum Tuum,
quod tutandæ Patriæ, Austriæ, & Pannoniæ impendisti.

Pacatiorem post exacta prælia aggressus vitam,
quibus meritis Orbem nostrum impleveris,

Ecclesia Patriaq; enarret.

Hæreditariæ sortis opes, ut virtute ampliâsti,
ita pietatis ductu, partem illarum
in egentiores erogâsti.

Peccavi fortè in munificentiam Tuam,
quòd Te nolente eandem propalaverim.

Quippe liberalitatem Tuam ita sub cortina esse volebas,
ut nè sinistra quidem sciret, quod dextra fecisset.

Pietatem in Numen ædesq; Divorum,
utinam parem haberent mortales!

Hâc dilexisti decorem Domûs Dei,
Promovisti honorem & suavis & tremendi Nominis,
in quo omne genu flectitur :

id ipsum Patesnicensi & Bobinensi Ecclesia comprobante.

Neminem ladere, jus suum unicuiq; tribuere,
Regulam Legis Divinæ solennem, quia primam,
servâsti optimè, bene gnatus:

eandem Protoparenti nostro traditam fuisse,

Cujus nomine gaudebas insigniri.

Efformet penicillo Alexandri effigiem,

Magnus, quia Magnum ad leges artis suæ vocans Apelles;

Nullum ego animorum Apelle m inveniri crediderim,

qui Tuam æquanimitatem, candoremq; mentis,
judicii maturitatem, & consiliorum excellentiam,
comitatis elegantiam, morumq; gravitatem,

ad amissim expressam, Orbi repræsentare possit.

Splendor æquitatis corrumpi nesciæ, etsi enituit ubiq;

maximè tamen innotuit Martis Alumnis,

qui stipendia obsequii bellici,

à Præsidibus Thesauri Palatinatûs Cracoviensis expectabant.

Svave erat omnibus Te fidum præmiorum Arbitrum venerari,

ut pote, cujus vultus terrebat neminem,

sed frontis amænitate in spes meliores erigebat.

Turbulento, belli seditionumq; pleno tempore,

quò etiam Sedes consultandi è cardinibus mota,

cùm omne fas exulare videretur;

opus erat Areopago, & acerrimis Iustitiæ vindicibus.

Concordes eligentium animi & voces,

Te parem tanto muneri judicârunt.

Stetisti ad Aram Themidos Sarmaticæ,

Zelofissimus legum Poloniarum Assertor,

Personarum oblitus & munerum.

Quippe duo hæc non bene cum æquitate conveniunt,

nec aliquando in una sede commorantur.

Perenne eris delictum Orbi Lechico,

quoties Tuum rectè de reis sentiendi ardorem

memoria posterorum recensabit.

Tot meritorum & dorum insignis decore,
poscebaris, sed frustra, ut emineres.
Offerebantur Tibi Scipiones liberæ vocis moderatores,
ipsi se ultro ingerebant honores;
virtutum comites individui.

Recusavit hoc meritorum pretium Tua modestia,
semper æstimans, pulchrius esse:
Meritorum Olympia decurrere, quàm honorum
Derivabit hæc rectefactorum amplitudo
in Magnam Progeniem Tuam,
quam ita semper instrui exoptabas,
ut de Patria benemerendi capacissima evaderet.

Memores erunt oraculorum crescentes Ascanii,
quæ non ex Dodonea Quercu, sed ex ore Magni Æneæ prodierunt
Surgentia GRZYMALIE DOMÛS Columina,
Atlantes Reipub. evadent,
cùm vires & consilium maturuerint.

Septem Filii,
irrigabunt meritis Patriam, ceu septena Nili Ostia,
Heros felicissime,
in TURRIBUS Tuis,
tantâ meritorum abundantia triumphans.

Quidni prævaleant contra Te Libitinæ Portæ,
cùm virtute bene munitus fueris?
Iam nunc ex TURRIBUS meritorum plenis, transferas Te,
in Civitatem Sanctam,

Vbi Heroicis Mentibus, post labores quies assignata,
Meritis utiq; hæc Civitas patet;

Nam his se Christus, & Ducem & Viam præstitit.

Hunc Doctorem hætenus secutus,
Heroicis fidei & operum passibus viator esse desisti:

Non lassatus in via iniquitatis,
Sed pro Gentilitia Porta, 12. Portis gemmeis ingressus,
in Capitolium Cæleste, & Montis Sionis Arcem;
Primitias redemptorum imitatus, Adamus an Adamas,
Lapidibus pretiosis stratum iter occupa.

Temporalium in Cælesti Curia capesse bona,
quorum abundantiam Visio Augustissimæ Triados

TIBI ministrabit.



MUZA POLSKA,
HERBOWNA NAWĘ
WIELMOZNEY JEY MOSCI PANIEY
KONSTANCYEY
Z CZARNCE
SLASKIEY,

Serdecznie kochaiącey, á teraz osierociáley
M A Ł Z O N K I.

Przy gorzkim morzu pływaiaca,
ZYCZLIWIE

C I E S Z A C A.
M U Z A.



Okad tak lotnym impetem zawiiasz
Argo CZARNIECKICH? czemu śliczne miiasz.
Zefirow taki? Chlorydy dziardyny,
Erytreyski brzeg, skarb swiata iedyny,
Peret Oyczyznę nieoszacowanych,
Czemu przechodzisz? áni niewiadomych
Kruszczu złotego, fodyn nie lustruiesz
W Indyách? spieszac tylko się frásuiesz.

Niemasz Sterniká, y zwinione żagle,
Bez wioset **N A W A**, iednak spiesz y nagle.
Bez miłosierdzia, prze ia Eol srogi,
Przez niedościgte Oceanu drogi,
Płacząc Cię wita Oyczysta Kráiná,
Proszę Cię iaka jest tego przyczyná?
Stuszna ciekáwość musi mię do tego,
Bym ci ulżyłá żalu tak wielkiego.

N A W A

Prawdá że Grecka *Argo* oddawátá
Respons spytána, y dyszkurowátá
Z swoim Iázonem, wydáiac wyroki,
Iák ia miał Neptun tráktowác głęboká:
Ale mnie usłá żal srogi krepnie,
Storá wydźiera, milczec roskázuie:
Iárká mnie w nowe Scylle wparowátá,
Y nieszczęśliwy wiátr wysworowátá.
Mowisz że miám Tessáliyskie polá,
Ani mię Hyblá, y Himetcka rola
Lustrem kwiećistym, najmniey nie strzymuie,
Bo mię iuż Chlorys, nie urekrewie.
Kiedy mi się *May* stawszy *Listopadem*,
Iáski niebieskiey niezmiernym náktádem
Uformowány sprzátat kwiat, y cále,
Zátopity go Libityny fále.
Pertá szácunku nigdy nie máiaca,
Cáta Oyczyznę splendorem zdobiaca,
Moy **ADAM** drogi Przyiáciel iuż w toni
Smiertelney pograzt, iuż odemnie stroni,
Iuż mię nie zdo bi Kleynot moy kochány,
Iuż jest inszemu Skárbcowi oddány.
Miám was wszystkie kráiny pertowe,
Drozsze mi nád was Serce **ADAMOWE**.
Xiazę metalow, niech kto chce stymuie,
Ia go iák błoto w tym rázie szácuię,
Kiedy nád ztoto Przyiáciel serdeczny,
Drozszy, iuż wzięty jest Depozyt wieczny.

Wszak

Wszak Przyjaciela znajduiac szczerego,
Skarb znajdziemy; a tym bardziey z iego
Utraty, smutne serce nam się kráie,
Gdy się nim cieszyć, Niebo nam nie dáie.
O iak żegluga mórz nieszczęśliwa!

Kiedy mię Párká złupitá złośliwa;
Z tak kosztownego mego specyatu;
Pewnie nie miatá dawno spoliatu
Takiego, lubo y Fryxeyskie bratá
Zá tup Báránki, y Lidow szarpátá
Skárby. Więc takie do żalu przyczyny,
Wesotey pewnie nie pokaza miny.

M U Z A.

O mita Argo! toć widzę, że nowy
Nieszczęścia Eol, zmieszat ci domowy
Pokoy, y pewnie stuszne sa rące,
Do tych lamentow; lecz dyspozycye
Boskich wyrokow uważysz, cále
Masz w amnistya puszczać takie żale.
Taka ná świecie maniera dawna,
Ze wszelka stokosć piotunem zápráwna.

Rzadko tęskniemy do portu wieczności
Szczęśliwey, przeto różne náwátności,
Dopuszcza Rządzcá swiatá dobrotliwy,
By ná wygnaniu zostaiac lękliwy
Cztowiek, w Oyczyzny Niebieskiej Tryony
Podnosił oczy, burze z kaźdey strony,
Wielkie z nim często turnieie spráwnia,
Czym iego státku y cnoty probnia.

I teraz Argo Twoiey wielkiej cnoty
Probę wydaie Niebo, y przynioy
Dzielności Twoiey, w tych sálách, ná oczy
Kaźdemu sławia: lub z fatálna kroczy
Kosa Láchezys, potomicę Duszy
Wydzieráiac Ci, lubo serce kruszy,
Zal od przyiáźni przysięgley wzniecony,
Swiádek serdeczny, żal nieutulony.

Przecię się zgadzać z Boskim sporządzeniem
 Bez mruku będziesz, bo tego skinieniem
 Upodobał się Twój ADAM kochany
 Niebu, dla tego tak wczesnie zabrany
 W jego Pátáce. Więc mu szczęścia tego
 Niechćiey zazdrościć, kiedyć sercá swego,
 Siedm zostáwnie Kleynotow, siedm Synow.
 Ktorych do wielkich urodziłaś czynow.
 O Argo złota! Argo pełna státka!
 Pełna cnot Świętych wielkiego dostátka!
 Mowię rzetelniey zacna Heroino,
CZARNIECKICH Domu, ozdoba iedyno
 Z Bráćia, z Siostrámi, y z Koligátámi
 Oboygá Domow badźcie Nestorámi:
 Żyćie szczęśliwie; niech **CZARNIECKICH** **NAWA**
 U Portu Niebios za tysiac lat stawa.



7. 11. 17

WZ

Biblioteka Jagiellońska



stdr0024069

